

Sed quæ delitia, quænam Tua summa voluptas

Usq; fuit? Studiis invigilare bonis.

Sudor amarus erat, sed fructus dulcis eorum:

Arte viges clarâ, clarus honore viges.

Maestri novâ virtute, libet si pergere, nunquam

Deficiet clarum nomen, honoreq; Tibi.

Melchior Rœhrius.

Gloga Silesius.

MAGISTER PAULUS ILSCHNERUS
MISNICUS.

Per Anagram.

1. HUC SIS. SCISNE? IN SUM. EMIGRA PLUS
ULTRA.

2. INUNC MISSUS, EX HIS EMIGRA PLUS
ULTRA.

3. INUNC, HEM MISSUS ES; IGITUR PLUS
CLARES.

4. HEM NUNC MISSUS IS; PLUS IGITUR
CLAREAS.

(C. & S.
faciunt X)
(A. in E.
mutatur.)

NON esse PLUS ULTRA, docet Hercules,
Huc quam MIGRANDUM, scilicet erigens
Duas columnas. PAULE quid tu?

Mens melior tibi. Laudo mentem.

Tenamque *Pallas* alloquitur *Dea*

His: EMIGRA, SIS HUC, locus est tibi

Paratus; ULTRA PLUS MIGRATO;

Tu properans properato. SCISNE?

IN SUM: Vocaris. *Pierre Dea*

Idem jubent & MITTERE te volunt.

B

Obtem-